

ibi: nec factus decurio defendi hac poterit dignitate. Quae in crimine falsi statuta sunt; pariter in perjurio procedunt

98 Textus in leg. quotiens 17. Codice de dignitat. libro 11. ibi: in criminalibus vero negotiis, dignitate quoque, qua se per suum perjurium indignos esse probaverint, spolientur. Per falsi namque crimen nobilitatis, aut dignitatis privilegia amittuntur. Ut docent Bartol. in dict. leg. quotiens; Lucas de Penna in leg. mulieres, coll. 4. vers. ultimo nota, Codice eod. tit. de dignit. libro 12. Tiraquel. de nobilit. capite 20. numero 121. Menoch. de arbit. cas. 306. numero 13. Farinacius d. questione 150. numero 15. Afflict. decision. 404. numero 27. Peguer. dict. decision. 80. numero 3. Caball. d. cas. 165. numero 1. & cas. 200. numero 156. Ansaldo. conf. 124. numero 9. & Consil. 138. numero 310. Ob quod licet regulariter nobiles, & in dignitate constituti non torqueantur, Textus in leg. milites, Cod. de quest. l. 2. a divo Marco, ff. eod. l. 5. §. 1. ff. de re milit. leg. final. Codice de decur. libro 10. leg. suarum, Codice de dignit. lib. 12. leg. Presbyteri, Cod. de Episc. & cler. c. nobilis 2. questione 5. capite 1. de purgat. Canon. pluribus Farinacius questione 41. numero 74. De jure nostro Text. in l. 2. titulo 30. part. 7. l. 4. titulo 2. libro 4. Ordin. l. 4. & 5. titulo 6. libro 4. recopil. Ubi D. Gregor. Lopez, Didacus Perez; & Azvedo Antonius Gomez tom. 3. capite 13. num. 3. & ibi Ayllon plures referens, Vela de delictis parte 2. capite 9. numero 13. & 24. Tamen in crimine falsi omnes quaestioni subjiuntur, d. leg. si quis decurio, & d. l. 2. titulo 30. parte 7. in fin. ibi: Pero decimos que si alguno de los consejeros sobre dichos orrises fido escribano del Rey; o de algun conceso e le acusasen despues de alguna carta falsa que orrises fecho ante que llegasse a la honrra de ser consejero; que bien lo pueden poner a tormento. Docent Dominus Gregorius Lopez ibi. gloss. 7. Otalora de nobilit. 5. parte principal. cap. ult. numero 4. Garcia in eod. tract. de nobil. gloss. 1. numero 9. Didacus Perez in d. leg. 4. Ordin. Grammat. vot. 3. numero 9. & vot. 25. numero 5. Farinacius d. questione 41. numero 56. & 57. Baiard. ad Clar. §. fn. quest. 64. numero 62. Guaz. defens. 30. l. 18. numero 4. Cabal. dict. cas. 200. numero 256. Claz. discept. 5. numero 8. Antonius Faber in Cod. lib.

9. titulo 13. defn. 13. Et sic licet concedamus quod ex famularu Regina iste reus in aliquo honore esset constitutus, ut colligitur ex Text. in l. 14. tit. 9. part. 2. Cum crimen falsi exceptum sit, quaestioni atque poena ignominiosa subijciebatur. Sic definitur Aula: sed decretum Regium ab ignominiosa poena eum exemit, & condemnatus fuit ad relegationem in Arce Asra per decennium, & privationem officii sententia diei 9. Septembris 1665.



CONTROVERSIA XXXIX.

De Mercatore decocto, sive de eo qui fraudulenter foro cessit.

SUMMARIUM.

- 1 Facti species describitur.
- 2 Decoctores qui dicantur in jure.
- 3 Eversores, sive interversores.
- 4 Decoquere, & intervertere idem est in jure.
- 5 Decoctores describuntur.
- 6 Alçados idiomate Hispano decoctores dicuntur.
- 7 Decoquere idem est, ac conturbare substantiam.
- 8 Foro cedere quid significet apud Jurisconsultos.
- 9 Fraudatores nuncupabantur cedentes foro.
- 10 Fraudatores poena coerebantur a Praetore.
- 11 Decoctores an lege 12. Tabularum creditoribus dissecandi traderentur.
- 12 Dilaniatio debitorum, non fiebat antiquitus per modum poena irrogata in judicio criminali.
- 13 Adiecti qui essent lege 12. Tabularum, vel decenvirali.
- 14 Dissecatio in executionem judicati fiebat lege permittente, si plures creditores erant, quibus debitor adiectus fuisset.
- 15 Dissecationis acerbitas abrogata fuit Consulari.
- 16 Adiectio quoad serviendum sublata non fuit jure Digestorum.
- 17 Lege Petilia cautum erat, quod debitor creditori serviret, quo usque illi abunde satisfactum fuisset.
- 18 Qua dispositio jure Digestorum permansit.

- 19 Creditor victum debitori addito non permitteas, tenebatur actione poenali in factum, vel injuriarum.
- 20 Imperatores hanc modum serviendi abrogarunt.
- 21 Jure Hispano adiectio debitoris statuta est, licet usus ab Aula recesserit.
- 22 Decoctores jure Digestorum non coerebantur judicio publico.
- 23 Decoctores eo jure poena criminis stellationatus puniebantur.
- 24 Poena criminis stellationatus de jure Digestorum.
- 25 Decoctores infamiae nota jure Digestorum afferebantur.
- 26 Lex Rolicia theatralis, decoctores tanquam maculosos tractabat.
- 27 Fraudatores infamiae notantur.
- 28 Hi quorum bona sua hasta distrahebantur, infamiae notam incurrebant.
- 29 Decoctores fraudulentum propter inhonestam vitam quam ducunt, apud probos infamiae notantur.
- 30 Stellationatus crimen famosum censebatur.
- 31 Decoctores jure Codicis si pecunias publicas consumpserunt, relictibus plumbatarum coerebantur.
- 32 Plumbatarum relictibus subiecti quod genus tormentorum dicebantur.
- 33 Decoctores pecunias privatas interceptantes, officio privantur.
- 34 Superaddita poena stellationatus, vel furis iuxta facti qualitatem.
- 35 Decoctores de jure Hispano tanquam latrones publici puniendi.
- 36 Decoctoris poena includit capitale.
- 37 Decoctores poena capitali puniendos tanquam latrones publicos S. Pius P. Pontifex Summus statuit.
- 38 Decoctores ut poena ordinaria teneantur que concurrere debent.
- 39 Occultatio bonorum, & librorum necessaria omnino est, non autem persona, ut poena capitalis imponatur.
- 40 Occultatio librorum verificatur in exhibente libras adulteratas.
- 41 Decoctores deficiente probatione occultationis bonorum, aut librorum rationum, extraordinaria poena plebuntur.
- 42 Vendentes lintamina mercaturam exercent.
- 43 Mercatores proprie sunt, qui res venales emunt, ut statim vendant quaestus faciendi causa.
- 44 Mercatores ex nostris legibus libras

rationum habere compellantur.

45 Decisio Aula.

UNUS ex Lusitanis, qui lintamina vendere solent per vicus urbis, emerat mercēs a variis negotiatoribus, quibus instrumentis publicis, solvere in nummis argenteis, ad certam diem promiserat. Eo adveniente in domo cujusdam Magnatis latitando, abductis bonis, & libris non exhibitis, se receperat; & ex eo confugio iniquas conventiones cum creditoribus procurabat, & ab aliquibus obtinuerat, quod quantitas in nummis argenteis debita solveretur intra biccennium in nummis arosis, in quo jacturam ultra dimidiam illi, lucrum iste obtinebant. His sic stantibus, & causa decoctionis in Aula instituta, a confugio exiens captus fuit, & criminali judicio legitime conclusus, in quo neque fortuna jacturam, neque casus inopinati damnum probavit, immo comprobabatur vita ipsius: nam alex, Veneri, atque Baccho vacando, fortunas dilapidaverat. Dabitabatur qua poena esset plectendus.

Et supponendo in primis, quod non loquimur de decoctore, qui vitio fortuna foro cessit, sed de eo qui dolo, & culpa solvendo non est; suppono quod similes iniquissimi homines, qui sub negotiationis specie, bona aliena interceptant, pecunias consumunt, & substantiam cavillationibus extortam dilapidant, decoctores proprie dicuntur, Text. in leg. quilibet 40. Cod. de decurionibus lib. 10. leg. 2. Cod. de fund. rei privar. & leg. jure promissum 5. Cod. de Fabricas lib. 11. vel eversores, ut in leg. 2. Cod. de Palatin. sacrar. largit. lib. 10. aut interversores, sicut in leg. qui in contractibus 8. Cod. de jur. sig. dict. lib. 10. Quod idem est, nam decoquere, & intervertere promiscue in jure accipiuntur, ut rescipserunt Imperatores Arcadius & Honorius in leg. si aliquid 12. Cod. de susceptor. Praepos. & Arar. eod. lib. 10. ibi: Nemo eorum semel de interversione convictus, id rursus officium perat in quo ante decoxit, ut scite notant Dionysius Gotofredus in dict. leg. 2. Cod. de Palatin. sacrar. largit. & Cujacius in dicta lege, qui in contractibus. Nam Decoctores sunt, qui pecuniam alienam, si ve aliorum substantias paulatim consumunt, sicut ignis coquendo, ut ex Bal-

do, Saliceto, & aliis probant Stracca in tract. de mercatura, titulo de decoct. part. 1. numero 2. & parte 2. numero 2. Sigismundus Seaccia de commerc. §. 2. glos. 5. numero 175. vers. in hac facti specie. Petrus Cabal. res. crim. cas. 10. numero 4. cum sequentibus, seu verius si Jacobo Cujacio viro doctissimo fides adhibenda est in leg. quilibet 40. Cod. de Decurionibus, quia quasi inopes cum divites sint, novis Tabulis utuntur, vel cedunt bonis. Hi enim apud nos dicuntur Alçados, ut probatur ex rub. & tot. tit. 19. lib. 5. recopil. ubi Marienço & Azevedo, derivata denominatione à verbo Alçar, quod significat solo cedere, ut tradit Sebast. Covarruvias in Thesaur. ling. Castell. verb. Açar: & in his terminis vera definitio, seu potius descriptio traditur ab Azevedo in rub. dict. tit. 19. ibi: Ego autem ex toto titulo nostro percipio illam decoctorem, vulgo alçado dici, qui cum à pluribus bona, mercantias, & res alias in creditum accipit, pretio eorum non soluto, bona sua omnia, vel peculia aliena, creditaque occultat: qui progreditur ad explicationem. Neque jure Digestorum incognita fuit hujusmodi nequitia, quamvis aliis nominibus explicaretur. Nam decoquere, conturbare substantiam Jurisconsulti dicere solebant, ut habetur in leg. cuicumque 5. §. idem Labeo ait 9. ff. de institor. action. leg. quidam fundum 16. ff. de in rem vers. ibi. Alfenus sic ait: Servus boves vendiderat, alios redemerat, nummos venditori non solverat, postea conturbaverat. Notat Cabal. dicto casu 105. numero 3. ad fin. & ante cum Budæus in not. ad pandect. in dicta lege quidam fundum. Lucas de Penn. in d. leg. si aliquid, & Stracca d. tit. de decoct. parte 1. in fin. quo & foro cedere dicebatur, Text. in leg. si hominem 7. §. quoties, ff. de posit. leg. si debitor 5. ff. de curat. bon. dand. ibi: Si debitor foro cesserit, & creditores privato consilio coierint, & elegerint unum per quem bona distrahantur, ut portio ipsis que ex redactio fieret, solveretur. Notant Brissonius de formul. lib. 6. Dionysius Gotofredus in leg. item apud Labeonem 15. §. convitium 7. ff. de injur. & in d. leg. si hominem, & Jacob Revard. in leg. cujus effectus 148. ff. de regul. jur. ad med. & similiter qui hæc patrabant, fraudatores nuncupantur, ut probat Text. in leg. si fraudator 25. §. fin. ff. qua in fraud. credit.

Contra quos actio dabatur, & pœna, ut Venuleus respondit in eod. Text. ibi: Si verò quadam deperdidisset, si nulla restitutione recuperari possent, nibilonians actio in eum dabatur: & Prætor tantum emolumentum actionis intuetur in eo qui exutus est bonis, quam pœnam. Et hanc pœnam, ut explicant Bart. Accursius, & alii ex antiquioribus quos sequitur Gotofredus in hunc Text. esse in carceris detractionem, quod non probat, quia Textus expressè de pœna loquitur, & de jure carcer non dabatur ad pœnam, leg. aut damnus 8. §. solent 9. ff. de pœn. cum similibus adductis per Amaiam in leg. 2. C. de exactor. tit. lib. 10. n. 11.

Qualis autem fuisset pœna imposita decoctoribus per hoc jus civile, tempore Consultorum, dubitari potest. Nam licet aliqui opinentur quod creditoribus tradebantur, ut in partes corpora eorum secarentur, ducendo originem à lege duodecim Tabularum, vel à lege decemvirali, ut ex gloss. Gellio, Valerio Maximo, Cicrone, Baldo & aliis tradit Stracca dicto titulo de decoctoribus, parte 3. numero 2. & ante cum Boërius decisione 215. numero 5. ad fin. labuntur meo iudicio, quia nulla lex invenitur, quæ per modum pœnæ sic in Decoctores infurgat; licet verum sit, quod lege duodecim Tabularum cautum generaliter erat, quod omnes debitores postquam condemnati, vel confessi fuissent, si repetiebantur non solvendo, creditoribus addicerentur, ut compedibus, vel nervis ligati abducerentur, in vinculis sexaginta dies tenerentur, inter eos dies, trinis nundinis continuus ad Prætorum in comitiis producerentur, & quantæ pecuniæ iudicati erant per præconem prædicabantur; si autem tertius nundinis pacti non erant, capitis pœnas dabant, aut trans Tiberim peregre venundabantur. Et si plures ereditores essent, quibus reus iudicatus esset, in partes secari poterat. Tradunt A. Gell. not. atticar. libro 20. capite 1. Livius decad. 1. libro 6. & 8. Seneca libro 7. de beneficiis capite 10. Quintilianus libro 5. instit. orat. capite 10. & libro 7. capite 4. Alex. ab Alex. diar. genial. lib. 5. cap. 4. Cæl. Rhodigin. leg. antiquar. lib. 12. capite 20. Varro de lingua Latina libro 6. Cærol. Sigon. de antiq. jur. civil. Rom. libro 1. capite 6. ad fin. Baldainus ad leg. Romul. in leg. 46. numero 47. cum sequentibus.

quentibus Jacobus Revardus tom. 1. de lege duodecim Tabularum, capite 8. Cujacius libro 3. observat. capite 38. Illiger. ad Doncl. lib. 27. comm. capite in not. lib. Ant. Fab. in jurispr. Papin. tit. 3. illat. 8. ad fin. Ex nostraribus dominus Covarruv. libro 2. var. capite 1. ex n. 1. Villadiego in lege 8. titulo 5. libro 2. for. judic. num. 7. Marienço in lege 4. titulo 16. libro 5. recopilat. glos. 2. numero 3. Pichardus prin. instit. de succel. sublat. numero 3. & §. fin. de action. numero 7. Parladorus rerum quotidianarum libro 2. cap. fin. §. 7. ex numero 1. Don Joannes Vela de delict. parte 2. capite 6. numero 8. cum sequentibus, Baëza de inope debitor. capite 1. ex numero 20. & dominus Larrea decisione Granatensi 9. numero 13. Sed illa acerbitas secunda debitores, vel capite multandi sublata fuit lege Consulati anno ab urbe condita 630. ut testatur Revardus dicto capite 8. non ut omnino additio sublata fuisset, sed quoad venditionem trans Tiberim, & seditionem, ita ut debitores in vinculis remanerent, operas creditoribus præstando. Quæ omnia non ad pœnam in iudicio publico, aut criminali decernebantur, sed per modum permissionis post additionem pro iudicio civiliter, ut creditoribus solutio fieret. Acerbitate itaque exclusa ex lege Petilia, debitores serviebant creditoribus, quousque abundè satisfactum illis fuisset, ut tradit Revardus ibidem, licet noster Villadiego ad vincula ejus dispositionem perperam extendat. Nam jure Digestorum hæc species serviendi per modum additionis observabatur, sicut colligitur ex Text. in leg. si victum 34. ff. de re judic. & explicat Cujacius in leg. verbo 43. cum duobus sequentibus, ff. de verborum significatione, dum agitur de creditore victum dari debitori prohibente post additionem; ex quo tenetur actione in factum pœnali; vel injuriarum.

18 Quæ cauta non essent, si effectus additionis omnino sublata forent. Et concluditur ex Text. in leg. ob as 12. Cod. eodem titulo, leg. 1. Cod. qui bon. ceder. pos. Quibus Imperatores hæc omnia abrogarunt, beneficium cessionis bonorum introducendo, ut notant Accursius in dicta lege 1. Parladorus dicto §. 7. numero 2. & Pichardus in dicto §. fin. instit. de action. num. 9. De jure autem D. D. Laur. Matthæus, de Re Crim. Pars I.

nostro traditio debitoris, ut creditoris serviret cauta reperitur tam per leges Hispanas antiquas, quam noviores, ut probant Textus in leg. 5. titulo 6. libro 6. for. judic. lege 1. titulo 8. & lege 12. titulo 20. libro 3. for. legum, lege 4. & 5. titulo 13. libro 5. Ordin. leg. 4. titulo 16. libro 5. recopilationis. Quod & ipse Villadiego fateatur in dicta lege 5. numero 2. Montalvus in dicta lege 2. titulo 8. libro 3. for. leg. in glos. verbo servase del, Didacus Perez in d. leg. 5. Ordin. glos. unic. Marienço in d. leg. 4. recopilationis glos. 2. numero 14. & Azevedo ibidem numero 6. dominus Covarruvias libro 2. var. capite 20. numero 11. Antonium Gomez in leg. 79. Taur. numero 2. & libro 2. var. capite 11. numero 51. Avendaño respons. 8. numero 3. Baëza de inop. debit. dicto capite 1. numero 56. Parlador. dict. §. 7. numero 4. Don Joannes Vela dicto capite 6. num. 27. Ameleuca de prest. in se. ipso lib. 2. cap. 1. numero 18. Pichardus dict. §. fin. numero 46. dominus Larrea dicta decisione 9. numero 50. & Don Josephus Vela dissert. 35. numero 108. qui cum Azevedo, & aliis testatur minime hodie observari, vel quia inhumanum videtur, quod liber homo inter orthodoxos ad servitium addicatur, vel quia aliquis vassè victum quærendo, hoc medio qui eos alerent, inquirerent: sicut vidi non unum, sed plures, qui affectata debiti specie, in carcere detineri procurabant, ut elemosynis egenis largitis, alerentur. Sed hæc omnia, ut dixi, non in iudicio pœnali cauta sunt, sed in executionem iudicati in causa merè civili.

Sed ut ad pœnam decoctorum revertamur, de jure Digestorum de hoc crimine iudicium publicum non dabatur, imò decoctores, vel foro cedentes inter reos criminis stellationis, connumerabantur, ut probat Textus in leg. 3. §. 1. ff. de crimine stellationis, ibi: Stellationum autem obijci posse his qui d. lo quid fecerunt, & in vers. sed & si quis ibi: sed & si quis merces supposuerit, vel obligatas averterit, vel si corruperit, aque stellationis reus erit. Quæ omnia concurrunt in decoctore fraudulento, de quo agimus. Nam dolo latiat, merces obligatas avertit, & alienas corrumpit, vel contredat, quod pejus est. Hujus criminis pœnam ponit Ulpianus in dicta lege 3. §. 1. ita ut plebeis sit in opus metalli damnatio

& his qui in aliquo honore sunt ad tempus relegatio: quod innuit Stracca d. parte 3. num. 2. Quibus addenda infamiae nota: quam ut poenam specialem ex lege Roscia, referunt Petrus Gregor. lib. 22. *syntagm. cap. 11. num. 10.* Illiger. ad *Donell. lib. 12. comment. cap. 22. in not. lit. H. ad fin. qui sic ait: Olim decoctoribus quasi maculosis certus locus constitutus. nec ex lege Roscia in ludis, & consensu theatri tuis sedere licuit in quatuordecim ordinibus.* De qua lege plura per Carol. Sigon. d. lib. 2. de *antiqu. jur. civ. Rom. capite 19.* & Rosin. lib. 5. *Antiquit. Rom. in Paralip. ad cap. 10. circa medium;* sed diffusius Alex. ab Alex. *dier. Genial. libro 5. capite 16.* ubi Tiraquel. Quod plurimis rationibus adstruitur, vel quia fraudatores verè sunt, ut dixi ex *leg. si fraudator. 25. §. fin. ff. quæ in fraud. credit.* Et hi infamiae notam incurrun. Textus in *leg. 1. ff. de his qui notant. infam.* Uel quia bona illorum publicè sub hasta distrahebantur, quod infamia conseqeatur, ut docet Illiger. ad *Danel. libro 18. comm. capit. 7. lit. N. ad finem.* Vel quia crimen stellionatus famosum erat, licet inter publica judicia non connumeraretur, probat Antonius Faber lib. 4. *conjectur. cap. 2. licet Illiger. d. lib. 18. capite 8. in not. litt. R;* teneat id non semper, & necessario fieri. Quibus addi potest quod decoctores, ut primum luxuriosè vivendo apud honestos, & graves viros notantur, quod saltim infamiam facti irrogat. Textus in l. ea quæ. c. ex quibus caus. infam. irrog. notant Stracca d. parte 3. numero 2. *decis. 1. Genua numero 34.* Petr. Gregorius lib. 23. *syntagm. capite 9. num. 13.* Menoch. *consil. 416. num. 19.* & Dominus Valenz. *consil. 78. num. 83.* Et si ad leges nostras referatur, hoc certissimum est: nam ut publici latrones decoctores puniuntur ex d. l. 2. tit. 19. lib. 5. *recept. capit. quod infra latius explicabitur.* Furti namque reus infamiam incurre certissimum est, ut probat Text. in l. non poterit. 63. ff. de fur. ibi: *non poterit Praefes Provinciae esse, ut furti damnatum non sequatur infamia, l. furti, 6. in prin. ff. de his qui not. infam.*

31 De jure Cœdici, decoctores qui publicas pecunias intercipient, ictibus plumbarum subijciuntur. Textus in *leg. quicumque 40. Cod. de decur. libro 10.* Quæ poena non potest referri ad opus

metalli, ut tenuit Accur. in *glos. hujus Textus*, neque ad genus ponderosi tormenti, quod plumbis columnis irrogabatur, ut dixit Matienzo in *leg. 2. glos. 2. num. 4. dict. titulo 19. libro 5. recopil. Sed ad verbera plumbatis ictibus illata, ut innuit Stracca d. parte 3. num. 4. quibus homines contundebantur, & fiebant ex funiculis in quorum extremitatibus ponebantur glandes plumbeæ, & eis rei cædebantur, quo usque animum exhalescent. Ut latè, & eruditè explicat Don Fran. Amaia in l. 2. *Cod. de exactor. tributor. lib. 10. num. 2.* qui numero 5. tradit modum torquendi per ponderis impositionem, in quo non aderat ictus. Hæc enim per modum poenæ specialiter in decoctores cauta erant, si pecunias publicas consumpserint. Norant Stracca d. parte 3. numero 4. & Cujac. in d. l. quilibet. Si autem pecunia consumpta publica non esset, sed privata, poena privationis officii mercaturæ imposita erat, ut colligitur ex Textu in l. si aliquid. *Cod. de susceptor. Prapof. & Arcar. eod. lib. 10.* ibi: *nemo eorum semel de intercessione convictus id rursus officium gerat in quo ante decoxit.* cui superaddebatur poena criminis stellionatus, nam eo jure fraudatores ejus poenæ rei erant Text. in l. si. *Cod. eod. tit. ibi: proinde si ve ignorantiam tuam debitor circumvenire tentaverit, sive obligatione rite perfecta participato fraudis consilio, per subjectam quasi anteriorem personam dispendium tuum ad occultum compendium suum trahere pertentat, adire suum judicem potes, congruentem juri; ac debite religioni sententiam reclaruram.* Vel furti si auferit, cum rebus alienis, Text. in *leg. si pignore 54. cum simil. ff. de fur.* licet attento rigore juris, aliqui teneantur furtum propriè dici non posse ex *leg. ait. pretor. §. si debitorem 16. ff. quæ in fraud. creditor.* explicat sic Stracca *dict. parte 3. numero 5. & 6.* Dubito tamen quod furtum propriè non sit, nam in specie dicti, §. si debitorem, nihil de furto agitur, & quod tutores, curatores, & administratores, res sibi commissas contrectantes, furti propriè teneantur, expressè probat Ulpianus in *leg. tutor. 33. ff. de fur. l. 4. §. hunc autem 22. l. actione 2. §. quod si surandi, ff. de tutel. & ration. distrahent.* Optimè Carpozov. *parte pract. crim. quæst. 85. num. 3. cum seqq.**

De jure Hispano decoctores latrones

nes publici reputantur, & eorum poena puniuntur, Text. in *leg. 5. tit. 8. lib. 5. Ordin. l. 1. cum seqq. titulo 91. lib. 5. recopil. docent Dominus Covarruv. d. lib. 2. Var. capite 20. num. 14.* Advendaño *tit. de exception. ex numero 51.* Azevedo & Matienzo in d. l. 1. Joannes Gutierrez *practicar. lib. 1. q. 1. n. 4.* Don Joan. Vela d. parte 2. de *delict. cap. 6. numero 32.* Pichardus in *manuduct. ad prax. 36. parte 3. §. 4. num. 45.* & sic poena capitali plectendus venit decoctor, juxta l. 18. tit. 14. part. 7. Ut omnes isti Doctores tenent. Neque acerba hæc dispositio dici potest, quia idem decrevit summa æquitas Pontificis Maximi atque Sanctissimi Pii V. in *constitutione edita anno 1570.* quæ habetur apud Laërtium Cherub. *tom. 2. Bullar. & est Bulla 112. dicti Pontificis,* de qua mentionem faciunt Farinacius *quæstione 28. numero 35.* Sigim. Seacc. de *commer. §. 7. glos. 5. numero 149.* & Marius Cuctel. de *immunit. Eccles. lib. 1. quæstione 32. numero 8.* Præsul. Balbastrenf. Don Didacus Frances Urtugoyti, jam ad Terulenfem Tirafonensemque Ecclesias dignissimè promotus; de *comp. Juris. quæstione 82. ex num. 4. præcip. numero 9.* plurius de more adductis Cortiada *tom. 2. decision. 70. num. 31. cum sequentib. & nos aliqua prælibavimus supra controvers. numero 23. cum sequentib. quo de immunitate Ecclesie denegata decoctoribus, disputabamus.*

Sed ut poenæ ordinariæ impositio procedat, tria per nostras leges expressè requiruntur. Primum quod persona latitet, secundum quod bona occultentur; & tertium quod libri rationum non appareant. Sic cautum habemus per *leg. 6. tit. 19. d. lib. 5. recopilat.* Et ratio est quia hæc poena acerba imposita reperitur in decoctores fraudulentos, ut in eisdem legibus superius adductis habetur; fraus autem & dolus comprobari non potest nisi hæc tria concurrant, ut latius tradunt Azevedo in d. *leg. 1. num. 2.* & Matienzo in *38. cad. Text. glos. 1. ex numero 4.* licet enim persona latitet, potest non solvendo reperiri vitio fortunæ, & tunc non est poenæ digna, sed miserationis, ut tradit Stracca *dict. tit. de decoctor. parte 2. n. 2.* At quando bona occultantur, vel consumuntur, & libri rationum non apparent, vel adulterini, & defectuosi exhibentur, tunc dolus & fraus comprobatur; & poenæ acerbæ impositio procedit. Ex quo inferitur, quod latitio personæ necessaria non est: nam ex bonorum occultatione & librorum negotiatione, vel vitio, jactura aliena, & dolus verificantur. Sic docet Text. in *leg. eod. tit. 19. expressis verbis. Aunquæ sus personas no se ausenteh probando sus acredores que las tales personas alçaron, y escondieron los bienes que teniam,* ut notat Avendaño de *except. n. 57.* Azeved. in d. l. 3. & Matienzo in d. l. 1. *glos. 2. n. 7.* qui numero 10. quoad requisitum occultationis librorum rationum, probat dispositionem nostri juris procedere, etiam si libri appareant, si rationes eorum corruptæ reperiantur, vel quia intricatæ sunt, aut adulteratæ, & defectuosæ; quia in his omnibus dolus præsumitur, juxta Textum in l. 1. §. fin. ff. de *servo corrupto* ibi: *ut rationes dominicas intercederet, adulteraret vel etiam ut rationem sibi commissam turbaret.* Sic tenent Aymon Craver. de *antiqu. temp. limit. 4. n. 44. & consil. 125. num. 4.* Dominus Greg. Lopez in l. 25. tit. 9. part. 2. *glos. 7.* Gutierrez de *tutel. part. 3. cap. 1. n. 54. cum seqq.* Escobar de *ratior. in. r. 10. n. 47. cum seq.* Quia idem est non fecisse, ac fecisse minus legitimè, vel legaliter. Si autem aliqua ex his duobus qualitatibus deficiat extra ordinem decoctor plecti debet, Text. in d. l. 5. *cod. tit. ut auctores prælibati latius tractant.*

Ex quibus, ut jam ad nostram speciem deveniamus, videbatur dicendum quod reus de quo tractamus, capitaliter condemnari poterat. Nam licet hæc omnia disposita reperiantur in Campores, vel Mercatores, qui publicè, & palam negotiantur, hi qui linteamina per vicos vendere solent, quorum erat reus, verè & propriè mercatores sunt, ut constat ex traditis per Straccam *tracta. de mercat. parte 1. n. 21.* Scaccia de *commerciis quæst. 1. n. 12.* Tiraquel. de *nobil. c. 33. n. 1.* Gaito de *credit. c. 2. tit. 7. quæst. 5. n. 2066.* apud quos plures de jure nostro Text. in l. 1. tit. 7. part. 5. Ubi Dominus Greg. Lopez. Quibus probatur quod mercator propriè dicitur, qui res venales emit, ut minutatim vendat statim, quæstus, vel lucri faciendi causa. Quæ omnia concurrunt in eis, qui linteamina per vicos vendunt, & licet negari non possit, quod hoc genus mercatorum

tura exiguisimum est; magis, vel minus non mutat speciem, ut Philosophi dicere solent, & si mercatores tenuissimarum rerum, proprie mercatores non essent, frustra Doctores distinguerent inter mercaturam rerum magni valoris, aut tenuis, quoad questionem de nobilitate ad Text. in l. nobiliores, Cod. d. comm. & mercat. de qua Stracca, Tiraquel. & Gaito ubi proxime n. 2080.

43 Dato namque quod mercatores dicantur, libros rationum facere tenentur, Text. in leg. 10. titulo 18. d. libro 5. recopil. ubi Matienzo glos. 1. numero 1. cum sequentibus. in quibus lingua vernacula rationes negotiationis scribantur. Neque aliquis negotiator excusabitur, quia non fecit, cum ex vi legis facere teneantur, nec si dicat cum juramento perdidisse, ut probat Escobar d. cap. 10. numero 4. Ac per consequens cum iste reus in domo Magnatis latitasset, bona consumpsisset, & libros non exhibuisset, conventiones iniquas à creditoribus ex eodem confugio extorquendo, cuncta requisita ad poenam accubam adesse certissimum erat, & sic poena legis locum habebat: praefertim cum nullam fortunae injuriam ad excusationem proponeret, neque probaret, imò ex actis resulebat quod alex. baccho, & veneri indulgendo perdidit vixerat.

44 At Aula miris puniendum esse decrevit, non quia de qualitatibus requisitis ad poenam ordinariam dubitaret; sed quia poena commensuranda est delicto, Textus in leg. perspicendum 11. in prin. ff. de penis, l. 8. tit. 31. par. 7. ibi: ca. maior pena deven dar por el grande, que por el pequeño, cum vulgat. Damnum enim creditoribus factum debet habere proportionem cum vita hominis, ut decoctor capitaliter plectatur. Et sic extra ordinem fuit plexus poena verberum & exillii, sententiâ dici 8. Augusti anni 1567.

CONTROVERSIA XL.

De usurario pacifcente sub prae-textu ejus quod interest.

SUMMARIUM.

- 1 Fœnus idem est, ac anima funus.
- 2 Usura est iniquitas detestanda.
- 3 Honoratus Leonardus laudatur.
- 4 Usurae definitiones variae.
- 5 Usura in quantum crimen est, in quo consistat.
- 6 Crimen non in sola voluntate consistit.
- 7 Usura omni jure prohibita est.
- 8 Juris divini prohibitio.
- 9 Christus Dominus Consilium in Evangelio proponit mutuandi, sed praecipuum non sancerandi.
- 10 Sanctorum Patrum testimonio probatur haec prohibitio.
- 11 Juris naturalis prohibitio.
- 12 Usura intrinsece mala est. Nummi steriles ex sui natura. ibid.
- 13 Naturali ratione distans nemo locupletari potest cum alterius jactura.
- 14 De natura mutui est, ut amplius recipiatur quam numeratum est.
- 15 Usurarius lucrum capit ex re aliena. ibidem.
- 16 Usurae propria sedes, mutuum est, licet sub specie aliorum contractuum pallietur.
- 17 Usurarius abutitur contractis mutui, & jure humanitatis.
- 18 Romani ante leges 12. Tabularum fœnus pro libidine divitum agitabant. Leges 12. Tabularum fœnori modum imposuerunt. ibidem.
- 19 Lege Genuea prohibita fuit omnis usura.
- 20 Jure Digestorum usura tolerata fuit.
- 21 Quales usuras jura Romanorum tolerarunt. Centesima, & unciae usura quae ibid.
- 22 Usurarium excessus puniebatur poena stellationatus.

23 Quae

- 23 Quae poena extraordinaria erat.
- 24 Imperatores ad Justinianum usuras tolerarunt.
- 25 Jure authenticorum usura prohibita fuerunt.
- 26 Caesarum recentiorum constitutiones usuras improbarunt.
- 27 Usura tolerata à jure civili, majoris damni vitandi causa.
- 28 Sicut Israelitis tolerata fuerant.
- 29 Juris Canonici prohibitio.
- 30 Legislatores usuras permittentes, excommunicantur.
- 31 Affirmantes usuras licitas esse, heretici reputantur. Poena Pontificii in usurarios remissive. ibidem.
- 32 Jure Hispano usura prohibita reperitur.
- 33 Alphonsus XI. Castella Rex heretica esse usuras exercere lege statutum reliquit.
- 34 Leges, & Doctores Hispani usuras improbant.
- 35 Usurarum poena, ex lege Hispana.
- 36 Infamia poena in usurarios dicta, quo jure statuta sit.
- 37 Infamia ab usurario ipso facto incurrenda.
- 38 Sed distingue inter manifestum, & occultum. Infamia irrogatur usurario, etiam si in sententia mentio illius non fiat. ibidem.
- 39 Usurarum crimen mixti fori est.
- 40 Jura Hispana imperant iudicibus in usurarios animadvertere.
- 41 Et probatio hujus criminis privilegiis juvatur.
- 42 Duorum, aut trium testium singularium dictis, si idonei sint, probatur, & qui tales dicantur.
- 43 Criminis repetundarum probatio, non ita favoribus juvatur.
- 44 Observantia Aula, quoad probationis privilegium.
- 45 Poena qualis imponatur, ex probatione testium singularium.
- 46 Conventio exigendi quid certum, sub praetextu ejus quod interest, in mutuo, indicium est usurae.
- 47 Id quod interest valde differt, ab usura.
- 48 Usura palliari solet sub praetextu ejus quod interest.

Conventio ejus quod interest suspecta est, etiam si juramento firmetur. ibidem.

49 Ratio exigendi id quod interest, ratione lucri, aut damni ex diversa causa oritur, sed eisdem ferme regulis arbitratur.

50 Damni recuperatio favorabilior est, quam lucri cessantis persequutio. Damni emergentis recuperatio, non clauditur terminis. ibidem.

51 Lucrum cessans boni viri arbitrio regulatur.

52 Favorabilior in jure, qui certat de damno vitando.

53 Id quod interest in facto, non in jure consistit.

54 Certum in conventionem deducere pro eo quod interest impossibile, quia modo plus, modo minus, interdum nihil apparet.

Judicis est arbitrari quantum cujusque interest, juxta factum probatum. ibidem.

55 Taxatio certa quantitatis pro eo quod interest ab initio contractus, illicita est, praesertim in mutuo. Text. in l. fin. de Prator. stipulat. expenditur. ibidem.

56 Taxatio praedicta expresse improbat.

57 Praesertim si habetur respectus, ad quantitatem debitam.

58 Et conventio fiat de successivo interesse, ad rationem foris.

59 Conventio facta in principio contractus in tantum sustinetur in quantum factum probatur.

60 Licet in foro interiori aliter teneant Theologi, qui judicant per hypothesein.

61 Probato facto, praesumptio cedit veritati.

62 Constitutio Pii V. improbat conventionem in ipso contractu.

63 Dispositio hujus constitutionis comprehendit mutuum.

64 In contractu census non debetur pretium, sed redditus, qui sunt res vendita.

Redditum ratione, quia vera fors sunt, debetur id quod interest, ex mora. ibidem.

Idem Pius V. prohibuit conventionem de re certa pro interesse in Cambio. ibidem.

Cc 4 65 Majus